

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXXVII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

332 A D M I R A N D A

Horet summopere testudinem. Hujus rei, inquit Erasmus in colloquio, quidam dedit nobis Roma specimen. Puero suo in verticem imposuit testudinem, & pileo contexit. Dein produxit ad simium. Illoco simius gaudens insiliet in humeros pueri venaturus pediculos, sublatu pileo animadvertisit testudinem. Mirum erat spectaculum quanto cum horrore resiliens bestia, quam expaverit, quam timide respexerit, an sequeretur testudo. Additum est aliud specimen. Alligavimus testudinem catena, à quarevinclis erat simius, ut effugere non posset, quin saltum aspiceret. Incredibili dictu quantopere fuerit dis- cruciatus: tantum non metu exanimabatur: interdum posterioribus pedibus depellere tentavit harentem bestiam. Tandem quicquid erat in alvo & vesica onerū re- jecit. Secuta est ex pavore febris, ut nobis fuerit solven- das à catena, & aqua vino temperata refocillandus.

C A P U T X X X V I .
D E S U & S U B O .

S V apud Patagonas est bestia monstruissima, Catu- los in dorsum admissos cauda tegit, venator cum sequitur, sic se protipit. Scrobe igitur effossa, & frontibus obtecta capit. Capta interficit prærabie catu- los, & clamore horrendo terret venatores. Thoret. in descript. America. Subus ἀμφίσιος est, geminis arma- tis cornibus. In mari natantem piscium comitatur gregem, osculantur paguri, oculatae muli, & astaci: at ille contemnens amicitiam, prædam omnes esse jubet. Gillius.

C A P U T X X X V I I .
D E S U E .

D E Sue quæ dicuntur, in pauca contrahemus. No- tum nobis animal; at in Arabia non vivit. Plinius. in Hispaniolam deductum, mulam æquat: Mar-

136.

Qu
te combus a
dik. Anglia;
frigidos, decu-
tibus simili sc-
utula perfundit
quadam alpina
et. Pinguis inc-
tus in Hispani-
a pendebat,
sagittis: Plinius
multis his-
ta, in cuius
est. Idem Ba-
quibusdam an-
sii Cons. fil-
immobilis on-
Venerem, sep-
se enim alii
uicunt hz, &
in Plutarch
dormient, Cia-
niens. Glau-
fatu, abo-
sorbi, abo-
sum quodan-
tim eo ablin-
erit, in ad-
le vix illa cui
refraam in han-
et quia finit
gorem, nec
ete poruris,

C

Agna Ta
pa. Anji

Q U A D R U P E D U M . 333

yr. cornibus armatur in Æthiopia: Solipedes Illyria
alit, & Anglia; mutos Macedonia. *Aelian.* Cerebrum
sui pingue, decrescente Luna demitur, auticulae humore
fellino simili scalent. Sursum dum aspicit, filer; nam &
insueta perfunditur luce proutati assueta & angustia
quadam aspera arteria compressa vocem retinet. *Aphro-
dis.* Pinguis interdum ad miraculum. Missæ L. Volu-
minio in Hispania duæ in offala costæ, X X I I I . pon-
do pendebat, ad os à cute pes cum tribus numeratus
digitis: *Plinius.* Quingentis septuaginta totum con-
stitutis libris, Crescentensis author est. Visus in Arca-
dia, in cuius exesa carne, nidus sorici , muribus partus
erat. Idem Basileæ accidit Gesnero teste. Scilicet, Est
quibusdam animalibus sine sensu pinguedo & L. Apro-
nii Cons. filio detraçtos adipes , levatumque corpus ,
immobili onere apud *Plinium* legimus. Quantum ad
Venerem, sepius fœtæ domesticæ , raro agrestes. Sup-
petit enim alimentum illis, nec multum laborant: in-
quirunt hæ, & per montes vagando, molestia afficiuntur.
Plutarch. Vtræque ita coitu perfunduntur, ut ob-
dormiscant, & subantes ita efferantur ut accedentes
lanient. Glandes si avidius comedent, authore *Ari-
stotele.* abortiunt. Amicitia illis cum Crocodilo , in-
offensi ad Nili ripam obambulant. *Calcagn.* Hostilitas
cum quodam hordei in Thracia genere: non tantum
enim eo abstinent, sed & excrementsa aversantur ex eo.
Arist. in admirand. Familiaris eis morbus grando est
& vix ulla cui non tria grana. Remedium samolum ,
herbam in humidis nascentem, nominavere *Druydae:*
sed quia sinistra manu legere jubent, nec respicere le-
gentem, nec alibi , quam in canali deponere & conte-
rere poturis, supersticio est.

C A P U T XXXVIII.

D E T A L P A,

M Agna *Talparum* in Bœtiæ agro Orchomenio co-
pia. *Arist.* in Lebadico vicino nullæ sunt, ne-
que